



**De christianissimi regis periculis : et notata quaedam ad  
Sfondratae Pont. Rom. Litteras monitoriales ad cl. v.d.  
Casparum Peucerum.**

<https://hdl.handle.net/1874/455979>


CC. 1432. 2

DE  
CHRISTIANIS-  
SIMI REGIS  
PERICVLIS:

ET NOTATA QVÆ-  
DAM AD SFONDRA TÆ  
PONT. ROM.

*Litteras monitoriales*

AD CL. V. D.  
Casparum Peucerum.



Psal. 34, 19.

*Multa sunt tribulationes iusti: at ex omnibus  
his liberabit eum D OM IN V S.*

FRANCOFVRTI  
Ex officina Typographica Martini  
Lechleri,  
M D X C I.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.


21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.

21. 21. 21. 21. 21.



DE REGIS CHRISTIA-  
NISSIMI PERICVLIS: ET  
NOTATA QVÆDAM AD SFON-  
dratæ, Pontificis Rom. litteras mo-  
nitoriales:

Ad CL. V. D. CASPARVM PEVCERVVM.



VOTIES CVN QVE in Christianissimi Regis vi- tam intucor, venit in mé tem superasse illum æru- mnis suis, ærumnas, quas dicunt, Herculis. Et subit inde admi- ratio: Quare hunc, inter tot Principes Christiani nominis, solum, Satanæ & Mundus, petendum sibi impugnand dumq; dilegerint.

Lubet, Peucere Clarissime, Magni huius Principis, grauissima pericula, le- uiter percurrere. Leuiter, inquam: nec enim parem me iis explicandis agno- sco, quibus ferendis, superiorē se il- le, orbi comprobauit. Percurram ta- men: ut exemplar habeant adolescen-

tes principes, piisq; omnes, ad quod se,  
inter has vitæ lubricas ambages, & su-  
bitas incursiones, reciprocasq; vicissi-  
tudines, conforment.

Igitur natum altumq; accipe hunc  
Principem inter tubas turbasque ciui-  
lium bellorum: Galliæ clavum tenen-  
tibus iis, qui sibi per regiorum Princi-  
pum exitium, iter ad Regnum molie-  
bantur. Et Pietatem quidem, vna cum  
laetie suxit: Militiam, puer, sub Con-  
dæo patruo, & Amiralio Galliæ Coli-  
gnio, didicit. Ut Herculii in cunis, cum  
immissis ab irata Iunone anguibus: ita  
huic puero, cum atrocissimis monstribus  
decertandum fuit, Impietate atq; Am-  
bitione Lotharingica, que Satanas tur-  
bandæ Galliæ, extinguendæ lucis Eu-  
angelicæ inferis excitarat.

Quæ tenera ætate, inter arma, & sub  
armis pertulit, ea prætereo. Vnum hoc  
cōmemorabile est. Interfecto ad Bas-  
facum, contra fas belli Ludouico Con-  
dæo, nutantibus duce amissso partibus,  
accurrit ad exercitum Regina Nauar-  
ræ Iohanna, singularis exempli fœmi-  
na:

na: filium HENRICVM annum agen-  
tem xv, exercitui s̄istit. Hunc se, in-  
quit, quem vnicum habeat, postquam  
hostiū scelere Condæus Princeps oc-  
ciderit, Deo & patriæ consecrare: vte-  
rentur in posterum auctoritate eius, fa-  
cultatibus, corpore, ad propulsandos  
patriæ hostes, pacémq; publicam, libe-  
ra Religione, constituendam. Ita, offe-  
rente matre pientissima, accipiēte ex-  
ercitu, HENRICVS Princeps, D E O  
patriæq; volens, deuotus est. Anni-  
balem ferunt, annorum nouē, aris ad-  
motum, iureiurando à patre adactum,  
se, cùm primùm posset, hostem fore  
populo Romano. Inde tam pertinax  
Annibali in Romanos odium, vt illud,  
non nisi cū vita amitteret. Nostro, tam  
constans, exinde, in D E V M patriámq;  
pietas, vt extorquere eam, non coniu-  
ratæ Mundi vires, non Satanæ vetera-  
toris artes, non blandientis carnis sti-  
muli, potuerint. Ille, ætate infima, rem  
generi humano exitiosam, Diis falsis  
iurauerat. Hic, quod ætate adolescen-  
te, ad piorum salutem, D E O illo vni-

## 8 DE PERICVLIS

eo auctore promisit, non præstaret?

Confecta, anno 1570, pace non pa-  
ce, offertur adolescenti Principi, foror  
Regia, Pontificia ipsa: quæ Principi  
partium Euangelicarum denupta, scis-  
sum Galliæ Regnum, in vnum reduce-  
ret. Conditionem audie amplectuntur  
Proceres nostri: matre repugnante; nec  
ipso Principe satis approbanto. Quid  
faceret, deuotum Deo patriæque, ca-  
put? Nuptiis dicitur dies. Lutetiam  
conueniunt ad Regem, Regina Na-  
uarræ, mœsta; Princeps ipse noster,  
dubius; Euangelici proceres omnes,  
tamquam certâ firmatâq; pace, exsul-  
tantes. Regina Nauarræ Iohanna, vir-  
tutis incomparabilis & sagacis ingenij  
sœmina, in ipsis initiis, è medio tolli-  
tur. Procedunt nihilominus nuptiæ.  
A nuptiis, Amiralius sclopeto perfidio-  
sè ictus, crudeliter trucidatur. Truci-  
dantur totâ Lutetiâ, toto Regno, post  
fidem, imo per fidem ipsam Euangeli-  
ci omnes, absque ullo conditionis, se-  
xus, ætatis discrimine. Cædis & perfi-  
diæ auctores Hispanus & Pontifex:ca-  
dis

dis incensor patratórque, præcipiuus, inter alios, Guisius. Principem nostrum, iam, defuncta matre, Regem Nauarræ, seruauit ætas: quæ deinceps, amicis & consultoribus bonis orba, facilis videbatur futura, ad omnia quæ Regiæ matri Mediceæ collibuerint. Voluptatibus & deliciis aulicis mersum adolescentem, numquam ad virtutem exsurrectorum putabant. Fallo, HENRICE, Rex Magne, non ætas tæ tua, quæ aliæ & aliis saluti fuisset; non hostium opinio: sed propitius Galliæ D E V S, Galliæ te tuæ seruauit.

Detinetur, in aula, annos aliquot: in aula,

— *sanie dapibusq; cruentis*  
*Intus opaca.* —

Cogita tu, prudentissime Peucere, qui, optimo Principi, animus fuerit, versanti viuentiq; inter homines, qui nuptias eius, optimæ Matris nece, tamquam nuptiali hostia, inierant; qui thalamum, amicissimorum eius sanguine cruentauerant: inter homines, quibus

nulla fides, quibus nil sacrum sanctum  
ve: inter quos, velle uiter tractum suspi-  
rium, aut facies decolor pro crimine  
effet. Et videndi tamen illi cottidie:  
amicè etiam compellandi. Sed ita se  
inter feras istas, Princeps ad omnem  
humanitatem factus, habuit, ut nō mo-  
do, vulgo illorum, sed Regi in primis  
Carolo, &, quod miseris, ipsi Cathari-  
næ matri Regiæ, carissimus haberetur.  
Detinetur, inquam, in aula, tamquam  
apud Circen Vlysses, annos aliquot. Sed  
non cœlestis regni, non rerum suarum  
oblitus. Semper illi in patriam animus:  
non hanc Ithaci asperam & saxis horri-  
dam, sed cœlestem illam patriā, quam  
certis C H R I S T I promissis, certus no-  
uerat sperabatque. Itaq; euolat, quam-  
primum data occasio: & se aulâ Cir-

*Hebr. ii. ceseripit: Magis eligens affligi cum popu-  
lo Dei, quam temporalis peccati habere iu-  
cunditatem, &c.*

Exercuerunt eum, inde ad annum  
1585, mala plurima, publicè priuatim-  
que. Retentata aliquoties arma ciuilia:  
sed leuius. Et cum illa cessabant, hostiū  
in hoc

H E N R I C I   I V .

9

in hoc vnum intenti animi, vt Princi-  
pem nostrum in aulam retraherent. V-  
xor, ad id, & mater Regia artes suas cō-  
modare: Hic, aures occludere, & ob-  
firmare animum.

Ex omni parte beatum, mortalem  
nullū reperias: Vix etiam quemquam  
omni ex parte miserum: cui nec foris  
nec domi sit quidquam, in quo possit  
acquiescere. Nostro, ad summam mi-  
seriam (externam hanc dico, quæ in o-  
culos & primos sensus incurrit) nil o-  
mnino defuit. Nosti illud, ab Cæsare  
Augusto repetitum: αἱθ' ὄφιλον ἀγαμός τ' ἔμ-  
μενα.

Fuerunt hæc, veluti præludia, qui-  
bus exercitus Rex noster, grauioribus  
certaminibus, pleno iam robore, ad-  
moueretur. Iam in eum Reges terræ  
insurgunt. Educuntur in eum exerci-  
tus validi, tot, quot milites vix ille in co-  
mitatu habebat. Terrâ, mari vndique  
clauditur: vt nulla ei ad elabendum pa-  
tere via, nisi illa in cœlum, videretur.  
Vix credas, vix, nisi qui vidit, credit,  
quantum infrequentia militum, quan-  
tum

## 10 DE PERICVLIS

tum inopiâ rerum omnium , Regum optimus laborauerit, cùm erumperet anno 1585, Liga illa & coniuratio scelestâ: cùm octo simul exercitibus,vnus peteretur. Vix credas,Regem,in tanta suorum solitudine , in tanta rerum omnium desperatione, hostibus vndiq; cinctum,iter fecisse,medio die ; flumina traieisse; cibū somnūmq; cepisse, suis horis, animo tranquillo:neq;,cùm aduentare hinc illinc , iamiamque adesse hostes nunciarentur , quidquam, aut properatius egisse, aut de solito remisisse. Præclarū illud Atheniensium: ἀμμῶντες τοῦ ιερᾶν, Εὐαγγέλιον, καὶ μένος, καὶ μῆτραν. Idem, nostro, animus.

Ne quid autem ad eum percellendum prætermisisse viderentur, etiam Acheronta mouent. Pontificem Sextum v. concitant, qui, auctoritate, scilicet, Apostolica, Hæreticum, Regni Francorum successione indignū, pronunciet: prouincias eius, bonāq; prescribat, & primo occupanti cōcedat. Addunt calumnias, & ex Iesuitarum officinâ , famosos libellos. Meministi,

sti, Peucere, de Rege optimo & innocentissimo, inter nostros & à nostris sparfa: Nostris, non aures tantum, sed linguas etiam Satanæ commodantibus. Ad hæc sicarios & veneficos submitunt. Tandem Regiam ad eum matrem ablegant Catharinam:

—cuitristia bella

*Iraqj insidiaqj, & crimina noxia cordi, &c.*

Et, illa quidem, contemptu elusit. Sed Catharina, modò eum minis terrere; modò auxiliorū, quæ exspectet, desperationē proponere; modò ingentibus promissis, & blanda nouarum nuptiarum spe tentare. Excepit & ista, seu minas, seu pollicitationes, immotus.

Postquam frustra esse artes suas illi vident, pergunt, non intermissam, vim apertam exercere. Sed dolos eorum iuxta ac vires omnes, Noster vna virtute superauit: Certa in DEVMFide. Vincit hostē, sternitq; vbi vbi obuium habet: inuictus ipse, & illæsus. Hominem, qui, tot continuos annos, manum cottidie cum hoste conserat, mireris integro esse corpore. Αγεωτι παύδη

*Sæwv: non Stygia palude tincti: sed Dei  
tutelâ tecti.*

Vincit, inquam, hostes: sed viciſſe  
armis parūm habet, niſi & Clementia  
vincat. Conſtat, præcipuis inter coniu-  
ratos, non ſemel vitam donaſſe: qui  
poſtea, ingratissima & facerrumā capi-  
ta, arma in Ipuſum crudeliffimè reſum-  
pſerunt. Et accuſari cum ob nimiam  
Clementiam & lenitatem, audio à Ma-  
gnis viris. Iniuriā. Laborat, tamquam  
bonus agricola, curā cultūq; ſterilita-  
*Seneca.* tem loci vincere. *Non eſt magni animi,  
Dare & perdere. Hoc eſt magni animi, Per-  
dere & dare.* Principem Aūſtriacæ fa-  
miliæ Imp. dicere ſolitum lego: *Seue-  
ritatis ſe pœnituiſſe non ſemel: Clementie,  
numquam.*

Sed, quidquid Noſter agit, crenſūt  
per damna ſua hostes: Nouas illis vires  
Mundus ſuppeditat. Noſtro, externi ē  
Germania auxiliij ſpes, ut affulgere cœ-  
pit, ut extincta eſt. Iam poſt crebras vi-  
ctorias, extrema adest rerum omnium  
desperatio. Vires conſumptæ, ærarium  
exhaustum: ſegnes ſociorum volunta-  
tes,

tes, exterorum alienati animi. Comitia interim Bl̄esis habentur: Ordinumque suprema sententia, iamiam suprema Guisio Duci potestas decernitur: Iam ipse Princeps noster, iure successionis Regni pellitur. Dum iacent omnes, & nescio quæ consilia, animo anxij, voluant: solus Noster erectus spirat, speratq; : diuinum illud Iobi ruminans: *Etiamsi occiderit me, tamen sperabo in eo.* Cùm subitò nunciatur, interfatum, mādante Rege, cum fratre Cardinali, Guisium Ducem. Vides, vt dulci guttula, salsum hoc mare, Deus misceat! Nuncium hunc, grauis, & cuilibet alij læthalis morbus excipit: & fusse Regem, *fama volat*: & peruererat ad portas mortis, cùm clamans ad DOMINVM, bono publico, seruatus est, & morti ereptus.

Mortes Guisiorum, horrenda sequitur in Regem rebellio: quæ finem Regno fecisset, ni properè Principem nostrum, Regem Nauarræ, aduocari, Deus auctor impulisset. Vocatus accurrit: & se se Regis, paullo ante hostis,

fidei committit. Totum bellicæ reionis in se suscipit: & ita administrat, vt quod imminere Regi, Regnōq; exitiū modò videbatur, hoc iā cōjurata capta premeret. Eo statures erāt, vt dedita Lutetia, Rege restituto, recedendum fortasse longius ipsi Regi nostro fuisset: eūm Monachum subornāt hostes, qui Rege, per summū scelus, sublato, Regem Nauarræ Francorum Regem efficeret. *Ita quod minimè exspectas, ex transuerso fit: & super nos D E V S negotium curat.*

Vt Noster, omni iure Francorum Regnum adeptus est, existunt repente subditi, qui Regi suo de Religione controuersiam facerent. Hos ille & rationibus & inuidiâ constantia reputit: nihilominus, vt constantem se, non pertinacem probaret, sequi se paratum profitetur meliora, si monstrarentur.

Horum sedatis animis, vt Diepam cum exigua manu, ad res in Normandia componendas secessisse cognouit Mænius, cum numeroso & recenti exercitu,

circitu, aduolat, in isto angulo destitutum oppressurus. Manum h̄ic quiuis dedisset. Nulla, nisi in fuga, spes : & h̄ec, solo patebat mari : quod ipsum, fuisset, possessione Regni cedere. Sed magni animi est, & Christiani, *sperare semper*: nec vlli malo cedere: & quod de Magno Alexandro narrant, si erecto non licet, de genu pugnare. Regi congregdi cum hoste viribus æquis, aut iusta acie certare, per suorum paucitatem non licebat. Itaque vrbe & castris, pro tempore, communitis, velitationibus & leuioribus præliis fatigare tantam multitudinem, & carpare aggreditur. Incredibile est, tot ad bellum egregiè comparatos militares viros, à tam exigua & pænè captiuia manu, non solùm inhibitos, sed toties etiam pulsos, fusos, cæsos. Rex, semper inter primos, imo omnium primus, suos voce manūque accendere: pugnam ipse ciére & regere: confertos in hostes sese immittere: Ducis prudenterissimi, simul & militis fortissimi munia obire.

Ingentem h̄ic tibi, Caspar Peucere,  
perfidiam militis mercenarij Germani  
narrabo : Nihil enim tam integrum,  
syncerūmve , quod non nefariæ istius  
Ligæ consuetudo corrumpat. Non pu-  
gnare apud illos , & aduersum hostem  
militariter ferire : sed per insidias &  
dolos, perfidiosè viros fortes aggredi  
condiscunt. Cùm ad diem xiiii. Se-  
ptembris varium & anceps initum es-  
set prælium , nostris appropinquant  
Germanorum peditum signa aliquot:  
velut desperatis rebus, deditioñem si-  
mulant: à proximis intra fossam reci-  
piuntur.. Qui longius aberant, vt voli-  
tantia intra vallum hostium signa vidē-  
re, arbitrati occupatū ab hoste locum,  
accurrunt: impetum faciunt. Hi voce  
gestūque significare deditios se : Regi  
militare velle. Ita ad Regem vsq; , alia  
curantem, penetrant. Is, ad signorum  
hostilium conspectum , irruere in illos  
parat. Eadem simulatione luditur. Ple-  
risque conclamantibus , perfidos esse;  
& occidione delendos,nihilominus in  
fidem accipiuntur: sacramentum p̄æ-  
stante

stant. Rex ad alia belli discurrit. Illi in fraudem intenti, vbi adesse suorum e-quitatum vident, velut signo dato, in turmam illam equitum, cui permisimus. Rex erat, globulos sclopetis omnes e-mittunt: vano conatu. Postquam fraus patuit, magna accepta, nonnulla etiam data clade, loco pulsi, ingenti scelere nequicquam patrato, se ad suos recepe-runt. Quæ te sortes, Christianissime Regum; quæ te, inter volantes globu-los, carmina illæsum seruant? Dicam, Peucere præstantissime: imo dicam ti-bi, Lector: & arcanum hoc tibi rete-gam, Peucero notum, probatumque.

Carmen Dauidis nosti: *Tu es, Domi-Psal. 91.*

*N E, spes mea. Altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum; & flagel-lum non appropinquabit tabernaculo tuo: & quæ sequuntur apud Diuinum Regem. Hoc carmē, nolim, supersticiosus, char-tæ inscribas, collo appendas: sed, pius, menti infigas, fide apprehendas. Tu-tuseris. Super aspidem, & basiliscum ambu-labis, & calcabis Leonem & draconem se-curus.*

Hic video viros bonos plerosque  
de Regis optimi capite sollicitos, ru-  
entem illum in pericula animum, ani-  
mæq; magnæ prodigum reprehende-  
re. Nec ego probauerim in alio, quem  
aut inanis cupidus gloriæ, aut suus fu-  
ror, non DEI Spiritus agitat. In nostro,  
impetus esse diuinos, notarunt, non  
obscure, qui eum intentius obserua-  
runt. Nec quidquam aggreditur ma-  
gnum, quin inuocato Numine, iam de  
exitu certus esse videatur. Itaque non  
tam quid passurus sit, quam quò tèdat,  
cogitat. Annos suos in numerato  
DEVM habere: eos, seu pauci illi, seū  
multi sint, DEO impendendos & pa-  
triæ. Non est res magna, viuere: Omnes im-  
probi viuunt, omnia animalia viuunt. Ma-  
gna verores est, benè viuere, honestè mori.  
Itaque corporis custodes, ad dignita-  
tem potius, quam ad tutelam adhibet:  
& nullum fere cubiculo, nullum inen-  
sa prohibet: ne eos quidem, quos su-  
spectos habere meritò possit. Andro-  
nicum Imperatorem historię narrant,  
tanta, tam constanti in DEVM fide  
fuisse,

fuisse, ut plerumque incustoditus ageret: sèpè etiā quos insidiari sibi competitum haberet, & in èdes admitteret, & mensæ participes faceret. Dicebat enim, vt est apud Gregoram, Hominis vitam in manu D E I esse: quam vt retraxisset, aperiri continuò periculis omnibus fores. Certè hac hominum perfidiâ, ni te D E V S seruet, frustrà te obserues ipse: neque te tutum centplex murus teneat. Animata omnia atque inanima, suis armis natura instruxit: Nos solos, nudos expositosque in iuriis, destituit.

Φύσις κέκαται τούροις,

Οπλας δὲ έδωκεν οὐποις. nōsticāterā.

Ethis hominibus, calliditatē dolosq;, robur, opes, & externa illa omnia tribuit. At suis, quid dedit D E V S, quo tūti essent? Fidem:

Αὐτὸν διαίθω ἀπασῶν,

Αὐτὸν ἐγχέων ἀπάρτων.

Νηρὰ δὲ καὶ σιδηρούν,

Καὶ πῦρ.

Per fidem enim illi, vicerunt Regna, operati Hebr. 11.  
sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones,  
obturauerunt ora leonum: Extinxerunt

impetum ignis, effugerunt aciem gladij, con-  
ualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt  
in bello, castra verterunt exterorū. &c. Mi-  
rari itaque & reprehendere desinant  
boni, inuictum Christianissimi Regis  
animum: & ad illius nomen, horrere  
discant impij.

Iam ingens hoc periculorum opti-  
mi Regis æquor superasse me scriben-  
do arbitrabar: cùm retrospiciens, vix  
me soluisse portu video. Nec pergere  
animus est, cùm mare turgidum, & i-  
stos aquarum montes intueor. Tam  
pertinacem plebeculæ furorem: tot  
vndique turbantes ventos: & istos, ab  
Hesperiâ, nimbos. Tot arces, oppida,  
vrbes quas singillatim obsidere, oppu-  
gnare necessum fuit, Rege ipso dispo-  
nente omnia & componente. Tot cer-  
tamina quæ inire Regem præsentem,  
primumque necessum fuit.

Prælio, quo, cæso Egmondano, tur-  
pem in fugam actus est Mæuius, pro-  
currisse, & equū medios in hostes, re-  
lictis longo post se interuallo suis, egis-  
se, & in ipsum Egmondanum impe-  
tum

tum fecisse, Regem, constat: & fugientes hostes, cum paucissimis ad multa miliaria persecutum, multa nocte reuertisse ad suos ita tinctum<sup>m</sup> hostili sanguine, ut coopertum vulnerib<sup>o</sup> omnes, pallentes iudicarent: nulla amissa sanguinis sui guttula: Regium, sublata voce, Psalmum cantitatem, *Dominus Regnat: conturbantur populi, &c.* Altero *Psal. 99.* die, intētis in tot funera oculis, dixisse, *Ecce manus DOMINI: Ecce victrix fides.* Nec illum putas, dissimulato, aut cum alio communicato habitu, bellum ingredi. Conspici & dinosci vult ab omnibus: ut & ciues sciant, quē sequantur, & hostes quem fugiant.

Quid hīc tibi obsidione cinctam, & ad vltimum malorum, famem, adamam Vrbium matrem referam? Quid virtute prouocatum, prudentiā trāsum Parmēsem? & vnā horā, sine sanguine, recepta, quæ Poliorcetes ille, aliquot mensibus, multo suorum sanguine, vix ceperat? Quid summa vi, magno Regis ipsius vitæ discrimine, ad deditonem cōpulsum Carnutum?

Quid cæsa, ad Nouiodunum, præcipua aliquot Cōiurationis capita? & urbem, inspectante, nec se commouente Mænio, captam? Saltim, auertisset à sociorum calamitate oculos! Aduolauerat, vile illud mancipium, suis alienisque pariter vilis, cum exercitu ad quartum Iapidem, vana vomens incendia: futurus Regiæ virtutis testis: simulque fortiorem inimicum Regem, quàm se amicum, sociis probaturus. Simul aduenit, simul cū familiaris inuasit morbus.

Quid tibi, vndique accitos, vndique in Regnum immisso, externos exercitus? & proditam Hispano patriam? Quid magno huic Leoni, oblatrantes caniculas, Lotharingum & Sa-baudum commemorem? Quid cum fulmine suo, & bullis Sfondratam Papam? Quid cum exercitu Papali, Sfondratam ducem? Ominosum Pontificie dominationi nomen.

Merito cum Dauide, aut cum ipso Magistro exclamet Rex optimus. Circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Insignem

Insignem h̄ic, non lectam, non auditam ingratitudinem noto. *Pontifex*, cui auctoritas imperiumque à Franciis, Francorum Regnum, clauibus, gladioq; impugnat. *Hispaniarum Rex*, † cuius olim maiores, Francorū, & Borbonij quidē Principis virtute, quod hodie tenent Regnū obtinuerunt, Regnum Francorum & ipsum Barboniæ familiæ caput, petit. *Lotharingus*, cui salus aliquando, dignitas sæpius a Franciis contigit, Regnum Francorum, latrunculus inuadit. *Guisij*, quorum dignitas omnis à Borbonia affinitate cœpit, Regumque liberalitate immensum creuit, Regnum Francorum, scelerati, lacerant. *Sabaudus*, qui & ipse, Francica affinitate, Francorum Regum liberalitate, habet quidquid habet, particulam sibi de Regno, ingratus latro, poscit. *Qui reddit mala, pro bonis, non prouer.* 17. *recedet malū de domo eius: inquit Sapiens,*

Alfonfus 2.

Rex Castellæ &amp;c.

Petrus crudelis.      Henricus nothus. a Petro  
 Rex, interfec<sup>t</sup> à fratre: inuen-      Borbonio, & Bertrando  
 tus circumcisus.      du Guesclin, iussu Regis  
 Francorum, pulso Petro,  
 Rex constitutus.

Iohannes I.

Henricus  
3. Rex  
Castellæ.Ioa-  
nes. 2.Henticus  
Rex.Ferdinandus  
Rex Arroga-  
num.Alfonfus,      Ioannes  
Rex.            Rex.Isa-  
bella.

Ferdinandus

Ioanna

Carolus V.  
Imp.Philippus  
Rex Hispa-  
niarum.

Sed Regis nostri pericula laboresq;  
 enarrando, defessus sum: ita alius a-  
 lium

lium --- *velut vnda, superuenit vndam.*  
 Itaque, antequam me ferant in altum,  
 noui fluctus, vela conuerto: & ad id  
 quod primū proposui reuerto: Supe-  
 rasse Christianissimū Regem ærumnis  
 suis, ærumnas Herculis. Manus quidē,  
 cum feris non contulit: *quas consecari,*  
*venatoris agrestisque est:* nec inferorum  
 custodem tricipitem Cerberum, do-  
 muit: nec cœlum humeris sustentauit.  
 Sed cum istorum, quos dixi, Hispani,  
 Guiſorum, Lotharingi, Sabaudi, im-  
 mensa habēdi cupiditate, malo multi-  
 formi: cum illa, multorum capitū bel-  
 lua, furente plebe, congressus est: Tri-  
 faucis Pōtificis latratus, cōtempſit: nec  
 superstitioni, Tartareo monstro, cessit:  
 & cadens Francorum Regnum hacte-  
 nus retinuit.

Et me quidē inter tot Regis Christia-  
 nissimi infandos labores, iuuat audire  
 veras optimi Regis de hostium ore, vi-  
 veritatis expressas, laudes. Iuuat vide-  
 re sanctum & integrum Principis in-  
 nocentissimi animum, rectaque consi-  
 lia reiecta. Iuuat intueri ad tantum lu-

men oculos aperientes Principes pios:  
& ad cōmūne propulsandum pericu-  
lum, paulatim assurgentēs. Paulatim:  
namque Hostium illum calorem non  
æquamus. Aduolant illi, & instant ar-  
dentes operi. Nostri, lēto adhuc acce-  
dunt pede: & summis digitis onus tan-  
gunt. Ita est humanum ingenium: ad  
mala, prompti & expediti currimus. V-  
bi quid boni conficiendum, cochleas  
vincim⁹ tarditudine. Sed, *dimidium fa-  
eti, qui cœpit.* Nec spero pios Principes,  
qua sunt prudentia, temerè reuocatu-  
ros, quod maturo nimis & necessario  
consilio cœperunt. Imò vt cœperunt,  
pergere necesse est. Nec sistere gra-  
dum nec reuocare, eo progressis, licet.

Quare autem, haðenus præ cæte-  
ris, Rex Christianissimus, tot & tanta  
negotia, sustineat vñus: quare onus pu-  
blicū, ferat solus: Quare tot eū pericu-  
lis, D E V S obiiciat: Quare solum illum  
Pōtifex, Hispanus, & cætera turba ty-  
rannorum, impetant: quæro abs te,  
Peucere sapientissime. Faciam tamen,  
quod apud magistros discipuli solent:

expli-

explicabo sententiam meam. Tu, si aberro, docebis, & reduces in viam.

Et primùm quidem illud, Quare tot eum periculis D E v s offerat, tot laboribus yrgeat, facile soluo. Herculis illi labores, quos Poëtæ celebrant, ab irata Iunone: hi à D E o propitio sunt. Ita emēdat suos, ita exercet, ita probat, ita ostentat. *O seruum illum beatum, cuius Tertull. de emendationi D E v s instat, cui dignatur patientia. irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit.* Dauidem puerum, Leo & vrsus inuaserunt: Adolescentem, Saulis inuidia pressit: Regem, decem tribus repudiauerunt: Receptum, filius ipse persequitur. Et vix alia, nos in cœlum via, D E v s deducat. Plano adiri excelsa, contra naturam est. *Patimur: non est pœna, militia est.* Perrumpendum est in cœlum: & vis facienda obstantibus. Nescio quomodo, assurgere mihi, præ ceteris illis sapiētibus videtur Seneca: & per illud obscurū naturæ velū, vidisse multa, quæ hodie pleriq; , in clarissima luce, non cernunt. Oratio ei præterea aptata rebus, pressa, & virilis. Ita que

que eius & lectio me vehementer afficit, & verbis, quantum licet, lubenter vror. Puta, inquit, D E V M dicere: Quid habetis, quod de me queri possitis, vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi, & animos inanes: Velut longo fallacijs somnio, lusi: Auro illos, argento, & ebore adornaui: Intus, boni nihil est. Iste, quos profelicibus aspicitis, si, non qua occur- runt, sed qualatent videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida, & sincera felicitas: crusta est, & quidem tenuis. Itaq; dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent, & imponunt: cum aliquid inciderit, quod disturbet & detegat, tunc apparet quantum alte & vera fæditatis, alienus splendor absconderit. Vobis, dedi bona certa, mansura: quanto magis versauerit aliquis, & undique inspicerit, tanto videbit meliora, maiora [qua permisi vobis: metuenda contemnere, cupienda fa- stidire.] Non fulgetis extrinsecus: bona ve- stra introrsus obuersa sunt. &c. Hæc au- tem ipsa bona, vt ostentet D E V S, & in apertum producat, committit cū hoc mundo,

mundo, cum huiusmodi monstris, vi-  
ros bonos. Vires, ipse suppeditat au-  
getque, ut ferre, ut superare externos  
illos impetus valeant.

--- defessa iubendo est  
*Sæua Ionis coniux: Ego sum indefessus  
agendo,*

inquit apud Poëtam Hercules : cui,  
quam iniqua Iuno , tam æquus Iuppi-  
ter. Bonis viris, corrupta hæc natura re-  
rum, Nouerca est: parens, D E V S. In-  
pugnat illa, hic defendit: illa impellit,  
hic sustinet. *Dat lassò virtutem: & his, Isai.40.*  
qui non sunt fortitudinem & robur multi-  
plicat. Deficient pueri, & laborabunt: & iu-  
uenes in infirmitate cadent. Qui autem  
sperant in D O M I N O , mutabunt forti-  
tudinem: assument pénas, sicut Aquilæ: cur-  
rent, & non laborabunt: ambulabunt , &  
non deficient. Et, qui stare tā fragiles pu-  
tresq; possimus, ni nos D E V S teneat?  
Millies Regi Christianissimo genua suc-  
cidissent; millies onus, desperabundus  
abiecisset, nisi in cœlum intuenti, Spes  
cœlo delapsa, animos viresque addi-  
disset. Filius terræ Anteūs, robur à ma-

tre terra, accipiebat, quoties cām contigerat. Quanto certius ē cōelo, D E I filij, nouum inuitumque accipient robur? Et si quando, labascere videntur, atque deficere viribus (quod fit, D E O permittente: ne fortis suæ oblii, nimium efferantur) voluntatem suam, Diuinæ voluntati volentes submittūt: In Regno natos, se cogitant, in quo, Seruire D E O, regnare sit. Interim solatium illis est, pro honesto duratolerare: & ad causam à patiētiā respiciunt. Et, si ita D E O visum fuerit, iuuabit etiam, pro salute publica occumbere: & effuso sanguine suo, aliis, qui desides spectant, sanguinem suffundere. Non est igitur quod miremur, si ita Regem nostrum D E V S habet, vt discipulum, præceptor, vt veram progeniem suam, seuerus pater. In æternum virtutis exemplar, eum educat: sibi eum educat & præparat.

Alterum nodum, eadem manu soluo. D E O carus est: D E I membrum est. Hostem ei esse Satanam Mūdumque necesse est: & Satanæ Mundique membra

membra. Altum est hoc odium, & in-  
ueteratum. *Inimicitias ponam inter te &*  
*mulierem*, inquit D E V S: *inter semen Ioh. 15.*  
*tuum, & semen illius. Si de mundo fuissetis,*  
inquit D O M I N V S, Mundus, quod suum  
esset diligeret: *Quia vero de Mundo non*  
*estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea*  
*edit vos Mundus.* Simul ut audiuit Sa-  
tan, de ore D E I: *Numquid considerasti*  
*seruum meum Iob? &c.* Inuidia & odio  
accensus, potestatem sibi in illum pe-  
tit. Ut data est, quid non ille commo-  
uet: Sabæos, Chaldæos, aërem tempe-  
statesque, quidquid morborum est, v-  
xorem ipsam & amicos, in illum D E I  
Athletam concitat: qui opes auferant,  
liberos opprimant, corpus torqueant,  
nimium dolore saucium exruecent.  
Fert ista Iob patiēter, tamquam impo-  
sita à D E O. *Bonum, inquit à D E O acci-*  
*piemus: & mala non accipiemus?* Sed iu-  
uat tandem victimum, patientiâ videre  
Satanam: & hominem nudum, iner-  
mem, destitutum, videre de huius  
Mundi Principe, trium phantem.

Ad odium Satanæ inflammandum,

vnum sufficit, Pium esse. Sed in quoſ-  
dam vehementius exardescit, quos di-  
uinitus excitatos iudicat: quos diuini-  
tus agi regiq; videt. Ab his, ſibi Regnō-  
que ſuo metuit. Quidquid, veterator,  
callet, in hos explicat: vim omnē ſuam  
virēſque in hos effundit: & mouet tur-  
bātque omnia, vt eos opprimat, mo-  
ráq;, ſi poſſit, diuiniſ consiliis adferat.  
De o, verò, ſua cōſtant tem pora: quæ  
accelerare, aut proferre nemo poſſit.  
Vt natum Regem vidit, ſibi ſuīſq; ſen-  
ſit impendere ab eo periculum. Eum  
itaque, bellorum ciuilium, veluti pro-  
cellis obruere tentauit: Sed ~~αποβαθμίζειν~~  
~~διωγγίζειν~~ o u ſeμις δεῖν. In aulam miris arti-  
bus induxit: Sed mutare aut retinere  
eum, neq; Circes pocula, nec Sirenuſ  
cantus valuerunt. Veneficos ſicariōſq;  
immisit: Sed his, aut animus, aut ſuc-  
cessus defuit. Calumnias de eo impu-  
dentißimas ſparsit: Sed has Regis no-  
ſtri ſplendor discussit. Totum denique  
in eum, armauit Mundum. Guſios pri-  
mū, qui rem Gallicam turbarent, in-  
pulit: Sabaudum deinde, & Lotha-  
ringum,

ringum, qui Regnum carperent, excitauit: Tandem Hispanum, Regum potentissimum, palam in scenam produxit: qui & aurum Indiâ, & militē Germaniâ, Italiâ, Hispaniâ, Heluetiâ, Belgicâ suppeditaret Coniuratis, & Coniurationis se caput profiteretur. Pontificem penè præterieram: à quo fulmen olim in Regem vibratum: & nuper minaces editæ litteræ, quæ & Ecclesiasticos, & Principes Procerésq; Regis obedientiâ reuocant: & thesaurorum D. Petri apertæ cataractæ: & exercitus, Duce nepote, immissus. Sed quæ pium Regem tuentur, excelsa sunt, inexpugnabilia, nullis aut armis, aut dolis peruia. Satanæ, vt marinis fluctibus, sui limites constituti, quos superare illi nefas.

Et, Illi quidem, vident solius Regis huius virtutem obstare improbis consiliis suis: eo sublato, inundaturos se tyrannide sua, Christianum orbem impunè. Hic vero, Pontifex, eadem qua Satan calliditate, sibi Regnóq; suo metuit. Deo sacrum Regem, perdundæ

Babyloninatum metuit. Certè Ecclesiæ restitutionem, & Romanæ curiæ reformationem, è Francorum Regibus vni deberi, & vates olim cecinerunt, & superiores aliquot Reges intellexerunt.

*prophetis* Episcopi Portuensis ad Paulum 2. PP. de Francorum Regno, vaticinium exstat, in Iacobi Papiensis ad Fr. Spinulam epistola. *Surget, inquit, nobis non expectantibus, aliquando Regnum illud in nos ferre non valens inutile ministerium nostrum. & grande aliquid negotium sed i tua exhibebit.* Brigitta, Regij Suecorū sanguinis virgo, ab ipsis Pontificibus in beatarum virginum relata numerum, inter alia, quæ Romanæ sedi comminatur, *Potens est, inquit, Deus suscitare & Francos aduersus Ecclesiam, &c.* Vti idem qui extulerunt, deiiciant. Quod affine est iis, quæ nobis in Apocalypsí Spiritus sanctus aperit: Nempe, eos qui protestatem suam Bestiæ tradiderant, eandem desolatam facturos, & igni crematuros. Exstant alia claris verbis expressa, & hunc ipsum Regem indicantia vaticinia,

ticia, quæ ad manum non sunt. Ca-  
tolum VIII Regem, Sauonarola, vir  
sanctus, missum à D E O publicè præ-  
dicabat, ad castigādos Italiæ tyrannos,  
& Ecclesiæ statum reformandū. Cùm  
autē exercitum in Italiam Rex admi-  
rabili successu, perduxisset: idq; ipsum,  
ad quod vocatus erat, neglexisset, co-  
dem prædicēte Sauonarola, iusto D E I  
iudicio punitus est. Regnum ab eo ac-  
cepit Ludouicus XII. quem populi pa-  
trem meritò ferunt: & cum Regno,  
perdundæ Babylonis animum. Quod  
eius testantur numismata aurea, cum  
hac inscriptione. L V D . X I I . D . G . R E X  
F R A N C . D V X M E D I O L . & alterā par-  
te, P E R D A M B A B Y L O N E M . Sed da-  
tum hoc illis à D E O non est: vt nec  
Dauidi ædificare domum D O M I N O .  
At Dauidi datū, hostes Ecclesiæ D E I ,  
armis persequi & assequi, & factas po-  
pulo D E I iniurias vlcisci. Insigne est  
quod Sauonarolam dixisse Cominæus  
scribit: Vi & armis Ecclesiasticum sta-  
tum, ad emendationem perducēdum.  
De quo, hoc loco, non disporto. Mihi

nunc, sperare satis est, ut olim Scipiones Carthagini, ita hodie Borbonios Babylonifuturos fatales. Regem certè nostrum

—maioribus ire per altum

*Auspiciis, manifesta fides.*—

Et fidem mihi firmat, ardens eius pietas virtusque: admiranda, contra tot coniuratos hostes, conseruatio: & ad summum tandem fastigium, omnem humanam rationem exsuperans cœctio.

Iam mihi videor, Peucere virorum optime, ad id quod quærebam secundo loco, respondisse: Tuum, super his, iudicium esto: meum, ego suspendo.

Attigi suprà litteras editas esse à Sfondrata PP. ad Ecclesiasticos, & Principes, proceresque Francorum Regni, minaces, quibus eos à Regis obedientia reuocare tentat, & ad perfidiam co-natur adducere. Ad eas, ferente hoc æstu, notabo pauca. Nā singula excutere nō libet: & frustra sit, post tot excellentes doctrinâ viros, qui hoc argumentum præceperunt.

Et

Et videamus primum, ut titulus ad totius orationis contextum aptus sit. Gregorium se dicit *seruum seruorum*. Latet sub hoc humilitatis pallio, fastus ingens: qui sese tota oratione prodit. Nil enim nisi arma tonat; & arma non solum spiritualia, & temporalia, sed etiam militaria. Mandat: præcipit: minatur: spoliat: potestatis plenitudinem iactat: & loco paternæ benignitatis, seueri iudicis personā induit. Et tādem: *Nulli, inquit, omnino hominum liceat hāc paginam nostræ requisitionis, monitionis, p-  
fixionis, assignationis, declarationis, māda-  
torum, decretorum, & voluntatis infringe-  
re, vele temerario ausu contraire. &c.* Vi-  
des ut de seruo, & seruo seruorum, re-  
pēte existat dominus Dominantium?  
Quis hanc in seruo audaciā ferat? Aut,  
si seruus non est, quid nos inani ludifi-  
catur nomine? Seruus apud Iuriscon-  
sultos nec voluntatem habet, nec ius  
habet. Vnde huic seruorum seruo, po-  
testas? & mandandi atque decernen-  
di ius?

Incipit: *Beatissimi Apostolorum Prin-*

cipis, Petri cathedræ, super quam DOMI-

Matt. 18. NVS ac redemptor noster IESVS CHRIS-

TVS, suam edificauit ecclesiam &c. De

Principatu inter Apostolos, magisteri-  
pse CHRISTVS, sententiam tulit. Nec

Galat. Petrum Principem, Paulus Gentium  
Apostolus agnouit. Ecclesiam vero  
super cathedram Petri ædificatā, non  
nouimus: & falso CHRISTVM ar-  
chitectum laudet Sfondrata.

Inde successionem Petri, & pastoralem  
curam, & Apostolicum munus iactat. Re-  
spondeo, quod olim Nicephorus Gre-  
gorias. Si se, inquit, Petricathedræ succe-  
sores & heredes dicunt, & hoc in nos vi-  
brant, tamquam nubes, fulmen: atque inde  
iudicant nos eorum quæ ipsis videntur mi-  
nistros esse debere: hoc vero minimè curan-  
dum est. Eo enim magis odio & auersatione  
digni sunt; quod se non, ut sedis dignitatem  
decebat, gesserunt. Non enim quæcunque  
vellent, docere Clementem & alios successo-  
res iussit Petrus: sed ealigare, que liganda  
essent, & soluere soluenda. Hi vero præteritis  
iis quæ omnibus sacris Conciliis constituta  
& decreta sunt, ea obtrudunt quæ solis ipsis  
placent,

placent, &c. Iam vero videamus ut Apostolicis vestigiis insistat. *Nemo gloriatur in hominibus: inquit Apostolus. Sfondrata Apostolicus, in Petro gloriatur: quē illo ipso loco nominatim expressum voluit Apostolus.*

*Admone illos, inquit Apostolus, Principibus & potestatibus subditos esse. Sfondrata: Auctoritate Apostolica praeципiendo mandamus, illico omni & quacunq; postposita mōra, exceptione, aut excusatione, intra terminum xv. dierum &c. ab eodem Henrico, ac ab eius sequacibus & fautoribus omnino recedant, illumque & illos prorsus deserant & derelinquant. Apostoli, Caligulis & Neronibus subditi ipsi fuerūt, & subditos suos esse voluerunt. Sfondrata suos à Principis Christiani, cuius fidem, integritatem, clementiam consensus hominum prædicat, obedientiā, quam primū iubet recedere.*

*Arma militiae nostræ non carnalia sunt, inquit Apostolus. Sfondrata: Nos certè quæcumque poterimus, non solum spiritalia & temporalia, sed etiam militaria auxilia periclitanti Religioni Catholice, ac*

*Regno subministrare non omittemus. Arma, non quæ licet, sed quæ potest, de-  
promit. Quando nobis claves Petri nihil  
prosunt: agerubiginosum Pauli gladium di-  
stringamus.* Verba sunt prædecessoris  
eius Iulij in Ludouicum, de quo ante  
memini, xii. Religio armis, neque  
propagatur, neque defenditur. Seruum  
*D O M I N I non oportet litigare: sed man-  
suetum esse ad omnes, docibilem, patientem:  
Cum modestia corripientem eos qui resistunt  
veritati. Litigare non oportet: quanto  
min⁹ pugnare? Cum modestia corripe-  
re: nō armis inuadere, & vim adhibere.  
Mahometricum hoc est: non Christia-  
nū. D. Bernardus: *Profecto, inquit, stabi-  
mus & pugnabimus usq; ad mortē, pro ma-  
tre nostra, armis, quibus licet, non scutis &  
gladiis, sed precibus fletibusq; ad D E V M.*  
Et Romanos Episcopos legimus, tum  
cūm pietate & innocentia ante omnes  
erāt, Barbaros hostes, vrbis mœnibus,  
non manu militari, sed ieuniis, oratio-  
nib⁹, humilitate atq; submissione pro-  
hibuisse. Et Petrum ipsum, C H R I S T V S  
iubet gladium in vaginam recondere.*

Prin-

*Principes Gentium, inquit SALVAT. Matt. 20.  
T O R noster, dominantur iis: & qui maio-  
res sunt, potestatem exercent in eos. Non ita  
erit, inter vos, &c. Sfondrata: Districtè  
præcipiendo mandamus: &c. Poenas ad-  
dit si quis infregerit, & contrainuerit: ad-  
dit & militarem manum quæ vim fa-  
ciat. Ut dubitare nemo possit, vnum  
eum esse, & quidem præcipuum de il-  
lis Gentium Principibus. Seueretiam  
Iudicis personam induit. Apostolos iu-  
dicaturos quidem tribus Israël Chri-  
stus testatur: sed, cum sederit Filius homi-  
nis in sede Maiestatis suæ: Non in hoc  
mundo, neque huius mundi armis.*

*Aurum & argentum non est mihi, in- Att. 3.  
quit Petrus. Sfondrata, Petri successor,  
Postquam arce Sant'Angeli multa au- Nota de Sylph  
th. James  
reorum millia a prædecessore suo Si-  
xto v. cumulata, prompsit: mittere pro-  
pediem istuc decreuimus, inquit, militares  
copias Helueticae nationis, vna cum equitatu  
non modico, quibus præficere in animo ha-  
bemus vnum ex consanguineis nostris inti-  
mis &c. Hic paternus ille est animus,  
hic spiritus lenitatis & mansuetudinis,*

hæc amoris & caritatis abundantia,  
quam Sfondrata prædicat: quæ Reges  
Regibus, ciues ciuibus, fratres fratri-  
bus committit: quæ promiscuis cædi-  
bus atque incendiis complet omnia:  
quæ denique vastitatem inducat orbi  
Christiano. Nempe is Sfondratam ha-  
bet Spiritus, qui Petrum, cùm ad eum

*Matt. 16.* D O M I N V S diceret: *Vade post me Sat-  
na: Scandalum es mihi: quia non sapis ea  
quæ D E I sunt, sed ea quæ hominum. Qui*  
*discipulos, cùm zelo prepostero inter-  
rogarent, Vis dicamus, ut ignis descendat  
de cælo, & consumat illos? Quibus C H R I-  
S T V S: Nescitis cuius spirit⁹ estis. Filius ho-  
minis non venit animas perdere, sed salua-  
re. Nisi quòd in his, moderatione: qui  
inconsulto D O M I N O, vim facere no-  
luerunt.*

Multa in litteris ridicula prætereo:  
Quæ vt spero, alij notarunt. Hoc præ-  
terire non possum. Cæterū, inquit, si  
paullo altius præsentium erumnarum radí-  
cem querere velimus, utiq; inueniemus, non  
multo ante tempore, Franciæ Reges, dū va-  
riis bellis impliciti, dominandi causa, fæde-  
racum

racum infidelibus, & amicitiam cum hæreticis contraxerunt, eorumq; auxilia acciuerunt, hac potissimum de causa, quamquam alia non defuerint, DEI iram in se posterosque suos, & subiectos populos prouocasse. Diuinam iram peccatis nostris promeritos nos esse nō diffiteor: imò profiteor. Et inter ea primum maximūmque ponno, quòd Episcopos Romanos maiores nostri extulerūt, & in templo DEI, collocarunt: quòd Idolum panis adorarunt. Et peccatorum nostrorum numerus non est. Sed immensam, infinitam, inexhaustam DEI misericordiam imploramus: Et Diuinæ eius bonitati gratias agimus, quod castigare nos, nō perdere vult. *Judicium à Domo DEI 1. Pet. 4. incipit.* Et nos vox illa Prophetæ consolatur: *Ecce in civitate in qua inuocatum est Ier. 25. nomen meum, ego incipio affligere: Et vos quasi innocentes & immunes eritis? Non eritis immunes, &c.* Etenim calix in *Psal. 75. manu DOMINI vini meri plenus: & inclinavit ex hoc in hoc: verum tamen fæcies non est exinanita: bibent omnes impij terra.* Venio ad Sfondratam. Franci,

scum primum Regem adlatrat Canis:  
& duo obiicit crimina. Fœdus cū Tur-  
cis: & amicitiam cum Principibus Im-  
perij. Audis, prudentissime Peucere,  
vt hic perditionis filius, eodem loco sa-  
cri Imperij Christianos Principes ha-  
beat, quo hostes Imperij, hostes Chri-  
stiani nominis Turcos? Et de hoc qui-  
dem, viderint potentissimi ipsi Princi-  
pes. Ad crimina respōdeo. Fœdus cū  
Turcis non excuso: & velim non faetū.  
Anno 1483. venit ab Imperatore Tur-  
corum, ad Ludouicum x i Regem, le-  
gatio, multa fereñs & offerens: vnum  
petens, vt, captum ab equitibus Rho-  
diis fratrem Gemem, probè asseruan-  
dum Rex curaret. Rex nec audire, nec  
admittere legationem voluit. Regum  
& Principum nostrorum in Saracenos,  
Turcos, Ægyptios, Mauros crebras &  
fortissimas expeditiones non comme-  
moro. Nec natio alia sit, quę tot nume-  
rare pro fide (vt tum erat opinio) susce-  
pta bella possit. Nota ista tibi, harū lit-  
terarum, vt ita dicā, parenti. Sed post  
quam Pontificum artibus, (quibus so-  
litum

litum illis, addominationē suam propagandam firmandāmq; Christianum orbem lacerare) & aliorum cupiditate improba, coniuratione in Regnū Francorum sæpius facta, in summum periculum res est adducta Gallica, ad necessariam defensionēm , aduocati ad auxilium Turci. Non, quod impudenter Papa effutit, dominandi causa: sed ad coërcendam aliorum exundantem imperandi libidinem, & tuendos Regni fines. Et saluti aliquoties Rei Christianæ fœdus hoc fuit: pace, Regū nostrorum intercessione, Hungarię data: Damno, numquam fuit. Hic verò, iudicent cordati omnes: Quis damnandus, quis excusandus potius, qui actam in se ipsam Christianam Remp. hostibus fidei Christianæ, nudam exponit, ut turbatis rebus, dicere liceat, Ego Papa sum & Cæsar: an, qui petitus vndiq; seruandi sui causa, Turcū, salua re Christiana, de auxilio appellat. Habeo & alia quæ Papæ referam. Reuocatos sæpius , & prohibitos sacra expeditione Imperatores: proditū infidelibus, mis-

sa ad viuum efficta imagine, Imperatorem: aliáq; tractata aliis. Vnum Alexandri VI. PP. insigne facinus explicabo. Imperatorem Turcorum Baizetem, multa offerentem munera, ut diligenti custodia Genez frater afferuatur, ne forte liberatus, rē Turcicam turbaret, Ludouicus XI. repulit. At Papa, ab eodem eadem de causa, quadraginta millia aureorum annua, non repudiauit. Idem eumdem Gemem, quem Carolo V III, Regi, Turcicum bellum, deuictâ Italiâ & reformatâ Ecclesiâ, animo agitanti, coactus tradiderat, lento veneno extinxit: inductus, ut quidem tradiderunt, ingentibus à Baizete promissis, qui inter alia ducenta millia aureorū, sceleris prēmium, nefico pōtifici pollicebatur. Ut Guicciardinus, indignatus priuatū se à Carolo Rege, annuis illis X L. aureorum millibus: aut Caroli gloriæ inuidens, & prosperos eius contra infideles successust, à quibus reformationem Ecclesiæ ten taturus videbatur, reformidans. Et missum ab eodem Papa, Constantiopolim

Lib. 2. h.  
stor.

nopolim hominem certum, qui Turcicum Imperatorem de Caroli consiliis redderent certiorem, Itali ipsi memoriae prodiderunt. Hunc verò Sfondratam, scire velim quare nō thesauros suos & militares copias in Turcos vertat. Nempe, Christianum sanguinem sicut. Quare non Hispaniarum Regem pacem à Turcis quotidie coëmentem ut Christianos infestare liberius possit, in Turcos à Christianis, litteris monitorialibus conuertat. Nempe ambo, ad perendum Christianum nomē, cum Turcis colludunt.

De illa, quam obiicit, cum Hæreticis, quos vocat, amicitia, non est quod multa dicam. Ego eam, & Regibus nostris ornamento fuisse, scio: & futuram Papæ exitiosam spero. Nec tu ignoras, Peucere, cum nōnullo Imperij & Principum bono fuisse. Sed videant Principes vestri, an Sfondratæ ferenda sit audacia: qui eos & hæreticos proscripti, & pro Turcis habet. Memini, CL. Peucere, cùm hæc & Pontificis audacia, & tyrannorum improbitas opera

leui opprimenti potuisset. Crescit illa indies: nec nostris crescit animus. Et reprimi etiā hodie facile possit, si lubeat. Quod si spectant diutius, vereor ut magno labore consequantur, quod hodie

**Cassiod.** assequi paruo possunt. *Quae nunc virgultas sunt, erunt, si negligantur & robora. Ista quæ modo facili auulsiōne dirimuntur, postea vix securibus icta succumbent.*

Sed litteras vnas, Pontifex inscribit Regni Francorum Episcopis: alteras, eiusdem Regni Principibus, Ducibus, Comitibus, &c. Publici iuris charta est, si nemini nocet. Sed alienum seruum, filium, subditum per litteras corrumpere nemini licet. Et Galliæ quidem Episcopos, liberos iugo Romano semper fuisse, & historiæ & acta publica testantur, quæ aliis collecta, in manibus sunt. Cùm in Galliam venisset contra

**Aim. lib. 5.** Ludouicum Pium Gregorius 1111 PP.

**cap. 14.** tam Imperatorem, quam Episcopos, ut ferebatur, excommunicatus: Episcoporum sententia fuit: *Nullo modo se velle eius voluntati succumbere: sed si excommunicatus veniret, excommunicatus*

tus abiret: cum aliter se habeat, antiquorum auctoritas Canonū. Galliæ episcoporum ad Anastasium PP. epistola, inter alia hoc habet, contra ipsum Papam & Italiz Episcopos: *Quod si cauteriū suum adhuc aduersus nostros mouere disponunt, Gallicam in se severitatem sentient, quam sine causa prouocant. Non enim putandus est ille medicus sani capitis esse, qui antea vult ægrotos inflammare & ferro secare, quam qualitates ægritudinis cognoscere, &c.* Exstant & Hincmari Rhemensis episcopi ad Hadrianum PP. & alios, super libertate Gallica, masculi roboris litteræ. Et Arnulphi Aurelianensis Episcopi, habitæ in synodo Rhemensi, grauissima in Papam oratio, edita est: in qua scitum hoc: *A Romano Pontifice, responsa petere, marmora consulere est.* In eadem synodo, scriptæ ad Iohannem Papam ab episcopis litteræ, Papam volunt præcipuum quid & excellēs præstare, ut sciamus, inquiunt, & intelligamus, cur inter ceteros Apostolatum vestrum præferre debeamus. Sed sufficiat nobis Christianis C H R I S T I sententia: *Vnus est magister vester:*

D

## 50 DE PERICVLIS

*omnes autem vos, fratres estis.*

Principes verò, & quicquid est toto Regno, quod vocant, sæculare, id liberum omnino esse à Papa, & Regi soli subiectum, fatentur ipsorum etiam Paparum rescripta. Et eo nomine, fulmē à Papa in Iohannam Reginam Nauarræ anno 1563 coniectum, Regis Caroli IX. & Senatus sententia vanum existit. Et Parisiensis senatus, anno 1580, litteras PP. Gregorij XII. quibus in genere Lutheranos, Caluinistas, aliósque communione sacra prohibet, publicari in Regno aut haberi ab episcopis vetuit.

His autem ad Episcopos, & Principes procerésque nostros Papalibus litteris propositum est, Regem Regno deturbare: nouum Regem, Pontificis & Hispani mancipium, renunciare: & conscientias inde sub iugum mittere. Regna Regésque à D E o esse constat: In ea qui ius sibi arrogat, D E i iura violent. Et Pontificibus vnde summa illa auctoritas, video esse abste, Peucere doctissime, in opere de Diuinationum gene-

generibus, explicatum diuinitus. Et tractarunt hoc argumentum diligenter, Guicciardinus & Marchiauellus, Itali. Ea auctoritas, quantos excitarit in Imperio Regnisque Christianis furores, quantum sanguinis effuderit, clamant historiæ: quas & tu in promptu habes, & alij, in vnum à plerisque compositas, alibi legent. Ego quædam, non obuia omnibus, ut se sub stylum dabūt, huic chartæ committam.

In Caroli Calui ad PP. Hadrianum epistola, hæc verba lego. *Reges Francorum, ex Regionib[us] sanguine nati, non Episcoporum Vicedomini, sed terræ Domini hactenus suimus computati. Et ut Leo ac Romanæ synodus scripsit, Reges & Imperatores, quos terris diuina potentia præcepit præesse, ins distingendorum negotiorum, Episcopis Sanctis iuxta diualia constituta permiserunt: non autem Episcoporum villici extiterunt.* Et sanctus Augustinus dicit, *Per iurâ Regum possidentur possessiones: non autem per Episcopale Imperium, &c.* Et si revolueritis regesta decessorum vestrorum, talia mandata, sicut habentur in litteris ex nomine

vestro, nobis directis, decessores nostros, à decessoribus vestris accepisse nullatenus inuenietis, &c. Postquam multis ostendit, Reges, iure omni, gentibus dominari, addit: *Quis igitur hanc inuersam legem infernus euomuit? Quis tartarus de suis abditis & tenebrosis cuniculis eructauit?* Vides vnde Pontificum auctoritatem ducat.

Hincmarū, de quo antea dixi, Rēmorum Episcopum, Hadrianus Papa, Caroli Calui Regis sui communione & consortio abstinere iussit: Rescribit prolixa oratione Hincmarus. Numquam huiusmodi præceptionem ab illa sede vlli decessorum suorum missam fuisse. Nec etiam ab hereticorum vel schismatistarum, siue tyrannicorum Imperatorum ac Regum, quales fuerunt Constantinus Arrianus, ac Apostata Julianus, & Maximus Tyrannus, praesentia & salutatione siue collocutione, sedis Apostolicæ Pontifices, vel alij magnæ auctoritatis & sanctitatis Episcopi, cum locus & oratio ac causa exegit, se subtraxisse leguntur, &c. Et dicunt, secularem scripturā dicere, quia omne Regnum

seculi

seculi huius, bellis queritur, victoriis propagatur: & non Apostolici, vel Episcoporum excommunicationibus obtinetur. Et cum potestatem à CHRISTO, sancto Petro primo Apostolorum, & in eo, suis successoribus datam, sed & Apostolis & in eis, episcopis, Potificium ligandi & soluendi collatum illis insinuare volumus, Respondent: Et vos ergo solis orationibus vestris, Regnum contra Nortmannos & alios impetentes defendite: & nostram defensionem nolite querere: Et, si vultis ad defensionem habere nostrum auxilium, sicut volumus de vestris orationibus habere adiutorium, nolite querere nostrum dispensum: & petite Dominum Apostolicum, ut quia Rex & Episcopus simul esse non potest; & sui antecessores Ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non Remp. quod Regum est, disposuerunt, non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in sic longinquis partibus adiuuare non poscit, contra subitanos & frequentes Paganorum impetus: & Nos FRANCOS NON IVBEAT SERVIRE, CVI NOLVMVS SERVIRE: quia istud iugum sui antecessores, nostris antecessoribus non imposuerunt: & nos illud

portare non possumus · qui scriptum esse in  
sanctis libris audiuiimus, Ut pro libertate &  
haereditate nostra, usque ad mortem certare  
debeamus, &c. Hic, Carolū Caluum, sub  
excommunicationis pœna, Hadrianus  
PP. Regno Lotharij fratris, quod filio  
Ludouico deberi contendebat, arce-  
re conabatur: Episcopis & subditis cō-  
tra nitentibus.

Solum D E V M , summi Reges Prin-  
cipésque agnoscunt , potestatis suæ &  
dignitatis auctorem. Et populi Rom.  
acclamatio CAROLO Avg. A DEO  
coronato , Magno & Pacifico Imp. Pontifi-  
cis , et si præsentis & coronā capiti Re-  
gis imponentis, nō meminit. Ipsī verò  
pontifices , quod ius habent , (iure an-  
iniuriâ habeant non dispuo) hoc Im-  
peratoribus & Regibus coguntur ac-  
ceptum ferre. Hinc illæ , seu fictæ seu  
veræ , Constantini , Pipini , Caroli , Lu-  
douici donationes . Et de Pipino qui-  
dem , clamat Lapis Rauennas : P I P -  
N V S P I V S P R I M V S A M P L I F I C A N -  
D Æ E C C L E S I A E V I A M A P E R V I T , E T  
EXARCHATVM RAVENNATEM , &c.

No-

Notum est, quid Attabalipa, *earum terrarū, quas Hispanorum auaritia aperuit, crudelitas exhaustus*, Rex potētissimus, Monacho respōderit, Pontificis donationem inculcanti. Suaue vero in primis, & nuda illa simplicitate dignum, quod Pōtifici olim nescio quid turbādi Valdemarus Rex Daniæ rescripsit. *No-tum tibi facimus, Vitam nos habere a Dō,*  
*Nobilitatem a Parentibus, Regnum a sub-ditis, fidem ab Ecclesia Romana quam si nobis inuides, remittimus per præsentes.*  
 Certè Regnum suum Rex Frācorum, *Hieron.*  
*Dē i gratia, habet a Maioribus: Fidem à Dō, cui soli & administrati Regni & fidei suæ rationem debet. Risi nuper*  
*cum legerem Catholicū Regem Phi-* *Fran.lib.*  
*lippum, Rom. Ecclesiæ delicias, & mo-* *3. Vnionis*  
*tigerum filium, anno 1579, repudias-* *Lusit. &*  
*se Gregorium XIIII. Papam, qui se de* *Castella.*  
*Regno Lusitaniz iudicem offerebat:*  
*Non adiungebat lubens, inquit Histori-*  
*cus, ad exempla vetera, hoc nouum, agno-*  
*scendi sedem Apostolicam, iudicem Regno-*  
*rum. Et ipsum Rudolfum Imp. cùm*  
*primūm electus esset, audio, Gregorio*

xiii, per legatos reuerentiam pollicitum; Ecclesiæ obedientiam: Ipsi verò Pontifici quam sibi ipsi deberi contendebat, obedientiam negasse.

Memorabile est quod Matthæus Paris, Monachus & historicus Anglus, refert, à Consilio Francorum responsum Gregorio ix Pontifici, qui excommunicato Friderico ii. Imperat. Imperij dignitatem trāstulerat in Robertum, Comitem Artesiæ, fratrē Ludouici Regis, eius qui inter Diuos relatus, originem dedit BORBONIORVM familiæ. Inquit enim: *Inito consilio, circumspecta Francorum prudentia respondit: Quo spiritu, vel ausu temerario, Papa tantum Principem, quo non est maior, imò nec par inter Christianos, non conuictum vel confessum, de obiectis sibi criminibus, exheredauit, & ab apice Imperiali præcipitauit? Qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per generale Concilium cassandus iudicaretur. De transgressionibus suis, non est hostibus suis fides habenda, quorum Papa dignoscitur esse capitalis. Nobis adhuc insons, imò bonus fuit vicinus: nec quid si- nistri,*

nistri de eo vidimus in fidelitate seculari,  
vel fidei Catholica. Scimus autem quod Do-  
MINO nostro IESV CHRISTO, fide-  
liter militauit, marinis & bellicis se pericu-  
lis confidenter opponens. Tantum Religio-  
nis in Papa non inuenimus. Imò qui, cùm  
debuit promouisse & DEO militantem pro-  
texisse, eum conatus est absentem confunde-  
re & nequiter præcipitare. Nolumus nos-  
metipso in tanta pericula præcipitare, ut  
ipsum Fridericum tam potentem impugne-  
mus, quem tot Regna contra nos iuuabunt:  
& causa iusta præstabit adminiculum. Quid  
ad Romanos de prodiga sanguinis nostri ef-  
fusione, dummodo ira suæ satis fecerimus? Si  
eum per nos & alios deuicerit, omnes Prin-  
cipes mundi conculcabit, sumens cornua ia-  
ctantia & superbiam, quoniam ipsum Fri-  
dericum magnū Imperatorem protriuerit.  
Sed ne in vacuum papale mandatum videa-  
mur suscepisse: (licet magis constet, hoc ob o-  
dium Imperatoris, quam nostri dilectionem  
ab Ecclesia Rom. deriuasse) mittemus nun-  
cios prudētes ex nobis ad Imperatorem, qui,  
quomodo de fide Catholica sentiat, diligēter  
inquirat, nos super hoc certificatuos. Et, si

*nihil, nisi sanum, inuenerint, cur infestan-*  
*dus est? Missi ad Imperatorem legati,*  
*postquam Orthodoxum cognouerūt:*  
*Nolit inquiunt, Deus, ut umquam a-*  
*scendat in cor nostrum, ut aliquem Chri-*  
*stianum, siue manifesta causa impugnemus.*  
*Nec nos pulsat Ambitio. Credimus enim*  
*Dominum Regem Galliæ, quem linea Regij*  
*sanguinis, prouexit ad sceptra Francorum*  
*regenda, excellentiorem esse aliquo Impera-*  
*tore, quem sola electio prouehit voluntaria.*  
*Sufficit Domino Comiti Roberto, fratrem*  
*esse tanti Regis. Hæc Monachus Anglus*  
*refert: digna, quæ Christiani Impera-*  
*tores, Reges, Principes meminerint &*  
*sequantur. Multa habet Monachi il-*  
*lius historia, Papalis audaciæ exempla:*  
*nonnullos etiam Principum pro iusta*  
*libertate certantium conatus: quæ, ad*  
*alia, colligent ij, quibus respondere Pa-*  
*palibus litteris propositum est.*

Ego, præstatiſſime Peucere, ita ſen-  
tio: Reges, ſi boni ſint, magna animi  
deuotione colendos: ſi mali, ferendos.  
Placet Yuonis Carnutensis Epifcopi  
ſententia: Reges, ſi aliquando potestate ſibi  
conceſſa

concessa abutuntur, non sunt a nobis graui-  
ter exasperandi: sed ubi sacerdotum ad-  
monitionibus non acquieuerunt, diuino iu-  
dicio sunt reseruandi. Placet & illa apud  
Tacitum sententia: *Quomodo sterilita-  
tem, aut nimios imbre's, & cetera naturæ  
mala, ita vitia Dominantium toleranda.*  
*In manu DOMINI potestas terræ: & u-* Syr. 10:  
*tilem rectorem suscitabit super eam, in tem-  
pore. Is itaque nobis exorandus: hic,*  
*interim ferendus.*

Nobis verò, vt ad nostra reuertar,  
summa D E I benignitate, Rex datus  
est, quem & constans pietas, venera-  
bilem omnibus; & inuicta virtus, terri-  
bilem hostibus; & certa clementia a-  
mabilem cunctis reddit. Quem nemo  
impugnet, nisi qui à Satana sit: à primo  
rebellionis & cædium auctore, Satana.  
Quem non Sfondrata, non Satan ipse  
Mundusque expugnent. In adiutorio  
Altissimi habitat: in protectione D E I  
coeli commoratur.

Habes, Peucere Clarissime, epi-  
stolam variam & miscellam: in quam  
concessi promiscuè, quæ mihi vene-

60 DE PERIC. HENR. IV:

runt in mentem, ut i venerunt, sine fu-  
co & arte. Eam voto finio.

DEVS Optime Maxime, Imperiorum  
auctor statorque DEVS; DEVS, qui das  
salutem Regibus; qui superbos sede deturbas;  
qui Rectore hunc nobis benigno dedisti, pro-  
pitius seruasti: Publicate voce obtestor atq;  
precor, Custodi porrò, serua, protege Ser-  
uum tuum: præcinge eum fortitudine: doce  
manus eius ad præliū: Expugna impugnan-  
tes eum: Dies eius, diebus cumula. Mirifica  
miserationes tuas, Tu, qui saluos facis spera-  
tes in te. Darobur populo tuo, & benedic ei.  
Exsurge, DOMINE, adiuua nos, & redi-  
menos, propter Nomen tuum. Exsurge DO-  
MINE, ne inualescat Homo: Legislatorem  
Gentibus impone, ut sciant quod homines  
sunt: & sciant, quia manus tua, Hæc: & tu,  
DOMINE, Ista fecisti AMEN.

Tu vero, Optime virorum Peucere,  
vale; & Vota tua precésque, nostris ad-  
iunge.

F I N I T.

Prouerb. XXIIII.

Time DOMINVM, filimi,  
Regem: Et cum detractori-  
bus eorum non commiscearis:  
Quoniā repente consurget per-  
ditio eorum: Et ruinam utri-  
usque, quis nouit? M

Psal. LVI.

Videbunt Recti, et late-  
buntur: Et omnis iniquitas op-  
pilabit os suum.

F R A N C O F V R T I  
A D M O E N V M

T Y P I S L E C H L E R I A N I S :  
A N N O C H R I S T I  
M D X C I .

